¶ Si ab electione cathedralis vel regularis ecclesie in scriptis ex causa ꝓbabili appelletur ad papam: ea pendente confirmatio facta per ordinarium non valet. Jo. an.

S Jpostquam[y] ab electione i cathedrali vel regulari ecclesia[z] prestandum in electione suffragium ꝛc. ⁊ hoc bene probatur. j. eo. indemnitatibus. in prin. Jo. an.

k ¶ Pupillari. que est in mare minor. xiiij. an. i femina minor. xij. nec distinguimus an malicia supplear: sicut nec in finienda tutela. C. quando tuto. vl' curato. l. indecorũ. insti. qui. mo. finiatur tute. in prin. hꝫ secus in matrimonio: ut. s. de despon. impu. puberes. vbi de hoc. ad idẽ. j. eo. indemnitatib⁹ in prin.

l ¶ Tua ecclesia. nota q; minor xiiij. an. dicitur idoneus ad beneficium etiam ad canonicatuꝫ cathedralis ecclesie: de hoc. s. de pben. super inordiata. ⁊. s. eo. lib. de rescrip. si eo tẽpore.

m ¶ Cõtẽptu. qõ alias cassationem inducit. ⁊ plus in electione nocet q; multoꝫ ꝯradictio. s. e. venerabilẽ. ⁊. c. bone.

n ¶ Juris. scripti.

o ¶ Quam rationis. que deficiẽte iure scripto allegari potest viij. dist. frustra. ⁊. ix. dis. sane quippe. s. vt quis. lex enim est omne quod ratione consistit. i. dist. consuetudo. ⁊ Seneca in epistola. xxxviij. ad Lucillum. Si vis tibi oia subijcer te subijcias rationi.

p ¶ Discretione. iij. q. ij. §. tria ꝏ corpor. vi. ex parte. C. ꝏ falmo. l. i. Et per hãc litteraꝫ dico idem de furioso per ꝑdictuꝫ. §. tria. ⁊. xv. q. i. §. ut itaqꝫ. ꝏ suc. ab inte. cum dilectus. ff. de iur. l. illud. cũ nec tales matrimoniũ carnale contrahere possint: de spõsa. dilectus. xxij. q. vij. neqꝫ furiosus: nec religionem vouere: de regu. sicut.

q ¶ Suffragium. ff. de iur. immu. l. ij. §. impuberes. ⁊ dicit lex. Jndignum nobis videt eam qui stabilem mentem nondũ adeptus est propter priuilegia militum sapientiũ hominũ iura tractare. C. de testa. mili. l. vlti. ⁊ minores sportulas decurionũ accipũt: suffragiũ tamen inter alios non offerunt. ff. de decuri. l. spurius. §. minores. ⁊ si princeps det veniam etatis minoribus: non videtur cõcessisse q; sine decreto alienent: vel citra perfectam etatem liberam administrationem habeant. C. de his qui ve. eta. impe. l. eos. isti enim accusare non possunt nec testificari. ij. q. i. phibentur. iiij. q. iij. c. i. nec testamẽta facere. ij. q. vi. §. diffinitiua: ⁊ talis etas prona est ad maluꝫ. xij. q. i. ca. i. ⁊ est hec littera ꝯtra tan. ⁊ bar. bric. qui dixerunt in questione dominicali que incipit. tutor cuiusdam. q; si pupillus patronus maior. vij. an. presentat vnum: ⁊ tutor eius alium: preferitur presentatus a pupillo. pro eis facit. xvi. q. vij. decernimus.

r ¶ Qui qui. s. fratres vel monachi: nec distinguo in his an sint clerici: prout distinguitur in cõuersis: ut. j. dicam in glo. ii.

s ¶ Tacite. in electis autem requiritur expressa professio. s. eo. nullus. sic. j. eo. indemnitatibus. in prin. Nouitij ergo non admittunt. ⁊ sic tenebat abb. in glo. in prin. allegata. ad hoc. ff. de sta. liber. l. statuliberum. licet tales gaudeant priuilegio canonis: ut. j. de senten. excommu. religioso. tamen non sunt veri religiosi: ut ibi.

t ¶ Conuersi laici. de conuersis ergo hic loquitur. monachi ergo vel fratres ꝑfessi indistincte admittuntur. ad hoc. s. de arbi. cum oliꝫ: de senten. excom. canonica. ⁊. xvi. qõ. i. generaliter. xciij. di. a subdiacono. hodie secus. quod dic vt in de. de eta. ⁊ quali. vt hi qui.

u ¶ Cum clericis. in plebibus ergo vbi sunt clerici ⁊ laici conuersi non admittuntur conuersi laici: ergo in hospitalibus ⁊ locis huiusmodi vbi sunt soluꝫ laici cõuersi isti bene eligunt sibi priorẽ rectorẽ magistrũ vel massariuꝫ. s. de arbi. cum olim: nec hoc hic ꝓhibetur: ⁊ ad hoc infra eodem indẽnitatibus. §. penul.

x ¶ Electionibus. tale enim ius nõ cadit in laicum. s. eo. massana. ⁊. c. sacrosancta. etiam conuersum: ut hic. Quid dices in questione facti in aliquo ordine: puta humiliatorum: vel in aliqua ecclesia seculari prescripserũt laici cõuersi q; debeãt ad electionẽ admitti ⁊ vocari ꝑ hanc ꝯstitutionem clerici nolunt eos admittere: querit quid iuris. Dico q; de iure cõmuni conuersi laici ad electionem non admittunt: ut hic. sed decre. ista nõ tollit specialiũ locoꝫ ordinũ uel personarum consuetudines prescriptas. s. eo. li. de constitu. licet. quare illi prescripte ꝯsuetudini stari debet. Non ob. q; in talibus nõ valeat ꝯsuetudo. s. eo. massana: quia illud dico verũ ꝑm Jnno. ⁊ hosti. qui de hoc no. de insti. c. ij. de laicis ꝑfessiõe ⁊ habitu nõ de ꝯuersis: cum ergo cõuersus sit ecclesiastica persona. xij. q. i. c. duo tale ius spirituale prescribere poterit.

S Jpostqꝫ Sunt tres ptes. Scõa ibi: si electo. Tertia ibi: cum aũt do.

y ¶ Postq; regrit decre. cupiẽtes nõ solũ q; electus veniat: hꝫ q; vsqꝫ ad finem negocium prosequatur: ⁊ habet locum etiam cum appellatur a confirmatione vel prouisione. hoc dicit. Jo. an.

z ¶ Ecclesia. no. quo ad cathedralem ecclesiam bene erat statutum q; appella

celebrata fuerit in scriptis[a] ex cã probabili[b] que probata deberet legitima reputari: ad sedem apostolicã[c] appellatum: electionem ipsam per ordinarium confirmari cõtingat: huiusmodi confirmatio nisi prius fuerit canonice[d] ab appellatione ipsa recessum: cum sit ab eo qui non potuit[e] de facto presumpta: nullaz obtinet roboris firmitatez[f]. ¶ Si vero electus[g] qui iuxta[h] constitutionem[i] felicis recordationis Nicolai pape tertij predecessoris nostri ad dictam sedem venerat pro electionis sue negocio prosequendo de romana curia sine licentia recesserit antequam huiusmodi negocium sit finitum: eius electio auctoritate constitutionis ipsius que non solum vt quis veniat: sed etiam ex sui mente[k] exigit q vsqz ad finem negocium prosequatur eoipso viribus euacuatur omnino[l]. ¶ Cuz autem[m] ab electionis cõfirmatiõe[n] vel facta prouisione[o] per eum[p] ad quem ꝑpter inferiorum negligentiam fuerat deuoluta eligendi potestas: ad sedez appellatur eandez: cõstitutionez predictam in veniendo & mittendo & alijs que perstringũt ĩ ea ɔuẽit obseruari. Idem.

¶ Dispensare possunt episcopi & superiores cum habentibus parochiales ecclesias sibi subiectas. qõ vsqz ad septẽnium studendo non teneantur ad sacerdotium promoueri: ad subdiaconatum tamen debent ꝓmoueri infra annum: alias sunt priuati: & illo durante septennio debet in illis ecclesijs idoneus poni vicari⁹ de fructib⁹ ecclesie sustinẽdus: elapso septẽnio dz rector infra ãnũ in p̃sbyterũ promoueri.

Cum ex[p] eo q felicis recordationis Gre. papa. x. predecessor noster statuit ĩ cõcilio lugdunẽsi[q]: vt ad regimẽ parochialium[r] ecclesiaruz assumpti: se ad sacerdotium promoueri faciãt infra annum a sibi commissi regiminis tempore[s] cõnumerãdum: & personaliter[t] resideãt[u] in eisdez. Alioquin si infra idem tempus promoti non fuerint[x] huiusmodi ecclesijs absqz monitione alia sint priuati: nonnullis ex tunc[y] parochiales ecclesias recusantibus acceptare[z] legendi & ꝓficiendi[&] cum eis facultates nõ superẽt: nec ab ecclesiarum prelatis de alijs beneficijs in plerisqz mundi partibus[ɔ] interdũ prouideat eisdem: oportunitas[ꝝ] sit sublata in grãde vniuersalis ecclesie: que ad sui regimen viris litteratis permaxime noscitur indigere[a]: dispendium & iacturã: nos super hoc multoruz instantia excitati: frequenter volentes cupientibus in scientia ꝓficere: vt fructuz in dei ecclesia suo tẽpore afferre valeant oportunuz vtiliter ꝓvidere[b]: presenti constitutione sancim⁹: ut episcopi[c] eorumqz superiores cum his qui huiusmodi[d] subiectas[e] sibi ecclesias obti

tio deuolueret: eoipso q in scriptis & cã probabili interposita esset. s.e. q̃uis. sed de regulari nõ sic erat expressum: parificate igitur sunt regulares cathedralib⁹. sic. s.e. ne ꝑ defectu. & c. cupientes secus in casu. s.e. q̃q̃.

a ¶ Scriptis. sic. j. de appel. cordi. & de hoc. s.e. ti. quãuis.

b ¶ Probabili. vide istud spãle in istis ecclesijs q sufficit q appellatio sit interposita ex cã probabili: lz cã sit falsa: ad hoc ut d̃uoluat: & põt esse ratio. q: maiora facilius deuoluunt: ut. s. de appel. ut debitus. in fi.

c ¶ Sedem apostolicã. ergo secus si ad inferiorẽ: cum enĩ ista decre. ponat suum casum specialez ɔtra regulã. j. de appel. nõ solum. ij. responso. quo cauetur primo constare debet de veritate cause anteq̃ reuocent attẽtata post appellationez ante sniam interiectaz. ob hoc igit a casu expresso nõ recedam: sed antiquo & generali iuri in alijs stabo. Et potuit eẽ ratio: reuerentia sedis apostolice: & ut melius visitetur: & q: ista maiora de facili transeunt ad papaz: vt in p̃dicta decret. ut debit⁹ in fi. & si appellet ad legatũ nõ puto hanc decre. locũ habere: lz dici soleat examen legatis satis esse examen apostolice sedis. Sz video q si appllet ad sedez apostolicã nõ sufficit adire legatuz nisi partes concordarent appellatiõi renunciando. de appellatio. constitutus. & de offi. lega. studuisti. & c. lz. & dixi. s. eo. cupientes. circa prin.

d ¶ Canonice. sine aliqua prauitate: ut. s. eo. q̃uis. & j. e. ꝓuida. & primo inquiratur de recessu: ut ibi.

e ¶ Potuit. sufficit enim q appellatio sit ĩterposita ex cã probabili: ad hoc vt deuoluat: et alias competentis iudicis iurisditionem reuocet.

f ¶ Firmitatẽ. simile. j. eo. prouidã. & c. se. & c. vlt.

g ¶ Electus. approbat qõ no. guil. & gar. s. eo. cupientes. §. quod si.

h ¶ Iuxta. si ergo talis erat electus q venerat ad curiã: nõ strictus tñ illa ɔstitutione lz añ finẽ cãe recedat: cum nõ habeat ibi locũ hec cõstitutio. ergo nec ius pena. & facit quod dixi ĩ decre. cupientes in prin. super ver. ĩmediata subiectio. & s. eo. cũ nõ deceat.

i ¶ Constitutionem. s. eo. cupientes.

k ¶ Mente. & ita punitur qui mentẽ offendit sicut qui mentem & verba. ff. de iurisdi. om. iu. l. si qs ver. q dudũ ꝓponit. ff. ad mace. si iulian⁹. §. mutui. imo p̃fertur intentio v̇bis. j. de ver. sig. itelligẽtia. & c. pterea. Et in ɔtrariũ videbatur: q: constitutio penalis erat restringenda. ff. de pe. ĩterpretatiõe: sufficere ergo videbatur q venerat prout constitutio dicebat: sed ɔtrarium est verum. ista enĩ sunt paria non venire: & venire & sine licentia recedere. xi. q. iij. certuz ꝺ iud. c. i. ff. de excu. tu. l. scire. §. obseruabũt. videt etiã talis offendere verba ꝟm q no. i. §. q si per. xx. super verbo executionẽ: Nõ ob. q dicitur constitutionẽ penalem nõ extendendam: q: in hoc extenditur quod erat de mente: nec puto electum puniri qui eo tempore quo nõ ĩpeditur processus cause per. xx. vel. xxx. miliaria peregrinationis recreationis vel simili cã iuit extra curiam: nõ enim recessisse dicit qui stati est reuersurus. ff. de procu. presens. ff. de diuor. l. iij. & v̇ba ciuili modo non captiose sunt intelligenda. iiij. disti. erit. ff. de serui. si cui. & hoc tenet guil. & gar. in decre. cupientes.

l ¶ Omnino. qõ dic de pena electi veniẽtis & recedẽtis sine licẽtia dictũ est: eadẽ rõne intelligo repetitũ de pena opponẽtiũ & personarũ instructarũ.

m ¶ Cum aũt. approbat qõ no. Guil. & gar. s. eo. cupiẽtes. in prin.

n ¶ Cõfirmatione. in contrarium videbat ibi enĩ nõ ꝺ meritis electionis: sed ꝺ iniquitate iudicis agitur. s. de appel. ĩterposita. ad fi. ad qd ergo venirẽt ꝑsone instructe: sed ɔtrariũ est verũ: lz enĩ de iudicis iniqtate agatur: nihilominus & ꝺ meritis electionis & si necessaria est instructio personarum.

o ¶ Prouisione. in cõtrariũ videbat: q: penalis erat constitutio: & q: si papa de ꝓuisione voluisset intelligi id expressisset: sicut fecit de electionibus & postulationib⁹ de deci. ad audiẽtiã. sz cũ quotidie iura ista ꝑificẽt electiões postulationes & ꝓuisiones. s. e. statuim⁹. & c. vt circa. qd iuris de vno & ꝺ alio: ut h̃ pz. sz post ꝓuisionẽ nõ videbat vacare ecclesia: & sic nec hz locũ constitutio: que prouidere intendit ecclesijs vacãtib⁹: vt ibi pz in p̃n. sz ꝑ appellationẽ suspendit ɔfirmationis & ꝓuisionis effectus. de iureiur. veniẽtes. vñ merito locũ hz ɔstitutio.

p ¶ Cũ. qõ dic. ut. s. e. ne ꝑ defectu. & c. q̃q̃.

¶ Cum ex eo. Primo ponit ɔstitutionis cãm in qua ponit ius antiquum: & ĩpedimẽtũ ex eo ꝓueniens: in secũda ɔstitutionẽ: que tria facit. Primo premittit dispensationẽ septennẽ. artat ad subdiaconatum & causam reddit. Secũdo prouidet qũo interim ecclesie deseruiatur. Tertio post septẽniuz cũ quo dispẽsatũ fuit reducit ad ius antiquũ. scda ibi porro. tertia ibi: elapso. do.

p ¶ Cuz ex eo. cãm dedit huic constitutioni quod no. Guil. s. eo. li. licz canon. in glo. super verbo priuatus. Jo.

q ¶ Lugdunensi. s. eo. lz canon.

r ¶ Parochialiuz: non collegiatax in quib⁹ locũ hz ɔciliũ: in collegiatis nõ: & sic in illis nõ est h̃ dispensatio necessaria. s. eo statutum.

s ¶ Tempore. i. ex quo possessionem habuit: uel ꝑ eũ stetit quomin⁹ haberet. j. e. pri. §. i. & j. ꝺ preben. lz eps.

t ¶ Personaliter. ergo nõ per vicarium nisi in casu decre. de preben. extirpãde. q casus per cõcilium mutatus non est: vt ibi dixi: & idẽ hodie in casu huius. c.

u ¶ Resideãt. dispensari tamẽ poterat sup residentia: ut in ipsa decret. lz in fi. Jo. an.

x ¶ Nõ fuerit. iusto ĩpedimento cessante: ut hic ĩ fi. & j. e. pri. §. porro.

y ¶ Ex tunc. i. post illud concilium.

z ¶ Acceptare. q: nolebãt sic statiz p̃sbyterari.

& ¶ Proficiscẽdi. ꝺ mag. c. i. & c. q: nonnullis.

ɔ ¶ Partibus. in quibus forte pauca sunt alia beneficia.

ꝝ ¶ Opportunitas. sicut prouident iura q opportunitas ad malũ tollat: vt. xviij. q. ij. diffinim⁹. de coha. cle. c. i. s. e. fundamẽta. j. de testa. regula. c. vno. i. responso in fi. ita prouidẽt: ne opportunitas tollat ad bonum vt hic. & s. de magi. per totum.

a ¶ Indigere. s. de magistris. c. vlti. vnde de aduocatis dicitur q nõ minus prouident generi humano q̃ si patriam armis defenderẽt. C. de aduo. di. iudi. l. aduocati: & doctor scientia mũdus illuminat. s. de here. cuz ex iniuncto. j. de reliquijs. c. vno.

b ¶ Prouidere. sz nõne satis erat ꝓuisuz paupib⁹. s. de magistris. dic q sic circa doctores: sz circa libros & expẽsas nõ: circa q̃ ꝓuidit ista cõstitutio.

c ¶ Episcopi. lz igit iferiores ꝓlati possint ex cã sup residẽtia dispẽsare. s. de cle. nõ resi. relatũ. & ita ibi sentit ĩno. host. & gar. s. e. lz. in vlti. glo. hoc tñ casu nõ dispẽsabũt minores episcopis. & in. §. porro. idẽ repetit. sz nunquid solus eps sine capitulo hãc & alias dispẽsatiões facere potuit: & videtur expressum q nõ. i. q. v. c. vlti. ĩ fi. vbi ẽt de hoc. & l. di. ex penitẽtibus ad idẽ. ff. de exces. pla. c. i. s. de his que fi. a prela. nouit. & c. se. In contrariũ videt ꝑ hanc litterã. & per decre. at si clerici de iudi. cũ ĩ his iurib⁹ dicatur de episcopis nulla mẽtione facta de capitulo: ad idem de ordi. ab epi. qui renũ. epis. c. i. & ij. de cle. ɔiu. sane. ij. de cle. pug. ĩ duel. c. i. ad idẽ. j. de eta. & quali. c. vno de fi. p̃sby. c. i. cũ multis si. & hoc vltimũ credo: & cõmuniter obseruat ꝟm host. q hoc no. de tẽ. ordi. dilectus. in fi. magne glo. & guil. in spe. ti. de legato. §. antepe. ĩ p̃n. ipse tñ host. no. cõtrariuz de sta. reg. q dei timorem. tamen posito q de iure solus dispensare nõ posset: de consuetudine prescripta sibi põt hoc ius acqrere. s. de his que fi. a p̃la. ea noscit in fi. & s. e. li. de consue. c. i.

d ¶ Huiusmodi. parochiales. s.

e ¶ Subiectas. no. q: lz quo ad dãdas dimissorias equiparemus episcopum originis domicilij & beneficij: ut. j. de tẽ. ordi. cuz nullus. i. respon.

nent[a] vel obtinuerint in futurum di
spensare possint libere: q̄ vsq̃ʒ ad
septenium[b] litterarum[c] studio insi-
stentes promoueri minime tenean
tur: nisi ad ordinem subdiacona-
tus[d] dūtaxat: ad quem infra predi
ctum annuʒ recipiendum: ne sicut
a multis de xp̄i[e] patrimonio subli-
matis olim factū esse dignoscitur[f]
a statu retroducere[g] valent clerica-
li omnino astringi volumus: et ni
si receperint: pena[h] cōtenta in dicto
concilio eo ipso percelli. ¶ Porro
septēnio predicto durāte ijdeʒ epi
scopi ⁊ superiores sollicite prouide
re procurent: vt per bonos ⁊ suffi-
cientes vicarios ab eis in huiusmo
di ecclesijs deputādos animarum
cura diligenter exerceatur[i]: ⁊ deser
uiatur laudabiliter in diuinis: qui-
bus de ipsarum ecclesiaruʒ prouen
tibus necessaria congrue ministren
tur[k]. ¶ Elapso vero dicto septen-
nio hi cum quibus fuerit ut premit
titur dispensatum: ad diaconatus
⁊ presbyteratus ordines infra an-
num se faciāt promoueri: alioqn[m]
ex tunc dictam penam[n] nisi iusta de
causa omiserint: ipso iure se noue-
rint incursuros. ¶ Idem.

¶ Quattuor dicit. Primo q̄ ad
penam priuationis rectoris paro
chialis ecclesie non promoti requi
ritur, q̄ annus integer sit comple-
tus. Secundo q̄ annus ille nō cur
rit iuste impedito. Tertio q̄ post p̄
uationem ecclesia eidem conferri
non potest. Quarto q̄ non p̄mo-
tus si eo animo receperat ecclesiaʒ
vt fructus anni perciperet: tenetur
ad restitutionem ipsoruʒ: ⁊ qui ea
mente contulit ecclesiam seruare d̄
bet indemnē. Jo. an.

Commissa[o] tibi parochialis[p]
ecclesia quāquam tantum[q] de
anno transierit: q̄ infra ipsum ne-
queas iuxta statutum generalis cō
cilij lugdunensis[r] ad sacerdotium
promoueri: non est nisi tūc demuʒ
cum ex toto fuerit ipse annus elap
sus[s] censenda vacare: nec potest al
teri antea te nolente[t] cōferri. ¶ An
nus autem huiusmodi qui a tem-
pore illo icepit: quo ipsius ecclesie
regimen commissum tibi extitit:
⁊ possessionem eius pacificam[v] ha
buisti: vel per te stetit[x] quominus
haberes eandem: tibi non currit si
promoueri iusto impedimēto[y] de
tentus infra tēpus huiusmodi ne-
quiuisti. ¶ Porro si infra dictum
tempus non fueris rōnabili causa
cessante p̄motus: tibi ecclesia ipsa[z]
qua dicti statuti auctoritate iam pri
uatus existis[⁊]: ne statutum ipsum
fiat ludibrio[ꝯ]: debitoq̃ʒ frustretur

quo ad casum istum secus. vnde si bon. talem ecclesiā habet mutine mu-
tiñ. ep̄s nō bonon. habebit dispensare per hanc litteram.
a ¶ Obtinēt. si iam elapsus esset annus ita q̄ priuati essent: tunc eas non
obtinēt: sed obtinuerūt: ⁊ sic huiusmodi dispensatio locū nō habet.
b ¶ Septēniū. no. in septēnio scholarē esse debere, puectū. studēs in theolo
gia in quinquēnio. ȝ. de
magi. c. vl. ⁊ etiā studēs
in iure ciuili: vt in proe-
mio. ff. ibi: ⁊ in quīti an
ni ⁊c. ⁊ si voluerit episco
pi in citeriori tempor̄ di
spēsare: bene id poterunt
sed in vlteriori nō. de re
iudi. q̄ ad cōsultationeʒ
de appel. oblate. ī. ō re.
iur. cū lʒ. Sed nunquid
episcopus q̄ dispensauit
in septēnio ante illud tē
pus finitū poterit dispē
sationem reuocare: puto
q̄ non: p reg. ī. de reg.
iur. decet. ⁊. ȝ. de fi. pre
sby. ex tua. vbi de h: ⁊ h
dico nisi euidens cā sua
deret contrariū: ⁊ sic po
test itelligi de cle. non re
si. c. vl. vñ ⁊ p̄uilegiū re
uocatur cuʒ tēdit ad no-
xaʒ. de deci. suggestum
Quid si pendente dispē
satione mecum facta de
isto septēnio assumor ad
aliam parochialem ec-
clesiam sine fraude nun
qd adhuc poterit ī septē
nio meuʒ dispēsari: ⁊ sa
tis videtur q̄ nō p hanc
litteram cū videatur ispi
ci tempus ratione perso
ne: ⁊ sm̄ hoc ⁊ p ea que
dixi in princi. glo. videt
q̄ tempus istud incipiat
a tempore dispensatio-
nis: sed sm̄ h esset reperi
re q̄ per. ix. an. vel qua-
si prorogaretur receptio
ordinis presbyteralis: ⁊
in hoc vtilis esset declaratio.
c ¶ Litterarū. cum non distinguat: intelligo generaliter siue in grāmati
ca siue iure canonico uel ciuili vel scientia theologie studeat: ⁊ caueant
episcopi ne dispensent cū his qui dociles nō sunt: iaʒ enim in eis cessat hu-
ius cōstitutiōis cā. vñ nec fiat dispēsatio. i. q. vij. quod p̄ remedio: ⁊ ha-
bentes dispensationē propter studium studere debēt nō in castris vel vil-
lis: sed in studio generali: vt. ȝ. de cle. nō resi. tue. alias priuilegium non
habebunt. ut ibi.
d ¶ Subdiaconatus. per hoc dicunt quidā q̄ sine dispensatione de cōmu
ni iure potest ī minoribus ꝯstitutus eligi ad parochialē ecclesiā. ad idem
allegant. ī. de preben. si pro clericis. ⁊. ī. de insti. c. ij. Sed puto contra: ⁊
dico ab antiquo iure illius decre. ȝ. de eta. ⁊ quali. preterea non recedi nisi
inquātum reperitur expressum. Nec ob. hec decre. potuit enim dispensa-
ri vel per litteras apostolicas: vel p presentationē patroni consequi paro-
chialem ecclesiam in minoribus ꝯstitutus: si dispensetur cum tali: necesse
habet infra annū subdiaconus fieri. ⁊ sic intelligo istum tex. ⁊ dixi de hoc
. ȝ. in predicta. decre. si pro clericis.
e ¶ Christi. no. dominiū bonoꝝ ecclesiaꝝ esse penes xp̄m: de hoc. xij. q. i.
expedit. ⁊ di. q. i. q̄m quicqd. ȝ. de ver. sig. causa.
f ¶ Dignoscitur. no. ex preteritis circa futura caueri. xxiij. di. I nomine. de
procu. c. i. ⁊. ȝ. e. fundamēta. §. digne.
g ¶ Retroducere. militando: negociando: uel vxorem accipiendo: quod
possunt ipsi clerici in minoribus constituti. ȝ. de cleri. coniuga. c. i. sed qui
sunt in sacris non. ī. de voto. c. vno.
h ¶ Pena. priuationis ipso iure.
i ¶ Exerceatur. prouidit hec constitutio ecclesijs ⁊ personis. sic. ȝ. e. cum
nobis olim. in fi. ⁊. ī. de regula. beneficium.
k ¶ Ministrent. non enim debent proprijs militare stipendijs. xij. q. ij.
charitatem.
l ¶ Septennio. idem est de minori tempore si ad minus tempus dispensa
tum fuisset: quod fieri potest ut superius dixi.
m ¶ Alioquin. ex tunc. i. elapso anno ad finē septēnij.
n ¶ Penam. priuationis.
o ¶ Commissa. Quattuor sunt dicta. Secunda ibi annus autem.
Tertia ibi: porro. Quarta ibi: ceteꝝ. Et ista decre. ē glo. c. cand. e.
titulo supra. Dominicus.
p ¶ Parochialis. non collegiata. ȝ. e. statutum.
q ¶ Tantum. q: ammodo ante finem anni nō expectamus aliqua tempora sta-
tuta ad ordines recipiendos. de quibus. ȝ. de tē. ordi. de eo. vel si superest vnuʒ
tempus adhuc nō est diaconus vel subdiaconus.
r ¶ Lugdun. ȝ. eo. lʒ canon.
s ¶ Elapsus: facta cōputatione
vt dicit. ī. § pri. In ꝯtrarium
videbatur: quia lex dicit qō si
promisisti mihi facere insulam
infra certum tempus: ⁊ iam tē
pus tantū elapsum est: q̄ am-
modo infra illud tempus fieri
non potest: lʒ totum temp⁹ nō
transierit: contra te agere pos-
sum. ff. de ver. oblig. l. hoc iure
⁊. l. si ita stipulatus essem: vn-
de ex quo certum erat illū infra
diem promoueri non posse: vi
debatur pena cōmissa: sed con-
trariū est verum vt hic patet: ⁊
hoc tenebat guil. ⁊ gar. ȝ. eo. lʒ
canon per. l. ff. de ver. obl. l. in
illa stipulatione. ⁊. l. insulam.
vbi expresse dicitur stipulatio-
nem penalem nō cōmitti ante
diem: etiam si sit certum pare
re non posse. Item lʒ certum sit
conditionem extiturā: expecta-
ri debʒ donec existat. ff. quādo
di. le. ce. l. huius legatū. ad con
traria potest responderi ut no.
in dicta. l. hoc iure. vel dic an-
te diem agi posse quanti itereſt
opus inchoatū non esse ut ī pri
mis iuribus: sed ad penam nō
vt in secundis ⁊ hic.
t ¶ Nolente: ⁊ merito non pōt
conferri: q: non conferūtur be-
neficia anteq̄ vacent: de ꝯces.
preben. c. i. ⁊. ij. anno antē ela-
pso libere potest conferri: non
ob. illius possessione. ī. de pre
ben. lʒ episcopus. Idem vides
in morte naturali: q: lʒ certum
sit clericum moriturum: nō ta
men cōfertur eius beneficiū an
te mortem: vt. ȝ. de conces. preben. c. i. ⁊. ij.
u ¶ Pacificam. quid si nactus est possessionem solum minoris partis bonoruʒ
dicunt quidā q̄ nō currit tempus: secus si maiorē. arg. ī. de resti. spo. frequens.
dic sm̄ guil. qui hoc no. ȝ. e. lʒ q̄ si liberū habet exercitiū cure aiarū tenetur hac
constitutione: lʒ tm̄ minoris partis bonoꝝ possessionem habeat: quia cura pars
principalis est: ⁊ dignior de eta. ⁊ quali. cū sit. ad hoc de ꝯse. eccle. vel alta. q̄ in
dubijs: ⁊ eius rōne tenet ad sacerdotium promoueri. de preben. extirpāde. secus
si non habeat liberū cure exercitium: lʒ possessionem habeat etiam maioris par
tis bonorum. Ad idem. ȝ. eo. ti. dudum. ij. circa principium. vnde dixit h littera
ipsius ecclesie regimen. ⁊c. Quid si postq̄ nactus est possessionem mouetur sibi
controuersia dicit Guil. q̄ si incontinenti in ipsa possessione lis sibi mouetur: ⁊
possessio continue turbatur: promoueri nō tenetur: q: que incontinenti fiunt in.
⁊c. ȝ. eo. officij. ff. si cer. peta. lecta. ⁊ quia non videt pacifica fuisse que nō dura-
uit: ad hoc. ȝ. eo. si postq̄. §. ij. ȝ. de ver. sig. nam ⁊ ego. ff. de in rem ver. si p pa
tre. §. versum. de pe. di. i. diuortiū. ⁊ litis euentus dubius est. ff. de pecu. qō de
betur. posset ergo esse q̄ ecclesiam perderet ⁊ sic in presbyterum ordinatus absq̃ʒ
beneficio mendicaret. xciij. di. diaconi vlti. si autem possessionem aliquādiu obti
nuit sine legitio hac ꝯstitutione artatur. ⁊ sufficit q̄ semel cepit pacifice possidere
. ȝ. eo. dudum. ff. de act. emp. l. ex empto. in prin. alias suo velle quilibet posset
sibi litē ꝯfingere in fraudē huius constitutiōis. nec ob. q̄ iste succūbet poterit: q:
mala electio est ī culpa. C. de acqren. pos. l. vlti. C. de iure deli. sancimus.
x ¶ Per te stetit. sic. ī. de preben. lʒ episcopus.
y ¶ Justo impedimento. sic. ȝ. eo. q̄ sit ad fi. pone q̄ toto illo anno egrotauit:
vel absens erat episcopus ⁊ cōmendaticias habere nō potuit: vel cum episcopus
ordinare noluit: vel his similia: he enim sunt iuste cause que excusabūt eum ⁊ p
pter hanc causam dico q̄ elapso anno statim illo nō vocato possit alteri ecclesia
conferri ut in predicta decre. lʒ tamē tutius ⁊ honestius esset ipsum citari: ⁊ facere
pronūciari illum priuatum: si non ostendit dispensationem vel iustum impedi-
mentum. nam si hoc omisso fiat collatio: ipse postea veniens ⁊ de iusto īpedimē
to vel dispensatione fidē faciēs collationem cessari faciet. de re iudi. cū her. sed q:
iudices uel illi ad quos collatio spectat nolūt litigare vel se aduersarios ꝯstitue
re: nec illi qbus faciēda est collatio: nisi p̄mo habeāt ius ī re: iō cōius eligitur al
tera via: ut sine alia p̄nūciatione fiat collatio.
ʒ ¶ Ecclesia ipsa. tolle qō est in fi. §. nullatenus ea vice ⁊c.
⁊ ¶ Existis. qdā hīt h ī lr̄a: ⁊ ad quā ihabilē reddidisti te.
ꝯ ¶ Ludibrio.

sic.C.de bo.q3 li.l.vlti.§.vbi aūt puerilis.
a ¶ Faciendū.ut.C.cōia de le.l.ij.in fi.magis ergo cōsideramus sensū q̄ ver
ba.ad idē.ff.e.si postq̄.§.i.ff.de ver.sig.intelligētia.r.c.preterea.
b ¶ Ea vice.intelligo.i.in illa vacatōe.alias lex esset īposita verbis.facile enī
esset sibi cōferre vni quē sciret nolle ɔsentire: r postea reiterato illā primo cōfer
re:fm illos qui habēt in tertu:
r ad quā te inhabilē rē.non est
dubitatio tanta.
c ¶ Iterato.nā qua rōne posset
p̄mo anno finito iterato eidem
cōferri:eadē rōne finito secūdo
r sic dic de tertio:r sic d' singu
lis:r sic canō frustraret effectu
vt dictū ē ɔcor.ff.de test.l3.iij.
d ¶ Intēdens.si ergo itēdebat
a p̄ncipio promoueri:s3 postea
mutata volūtate p̄motus non
fuerit:nō tenet ad restitutionē
fructuum:qd verū puto de pce
ptis ante mutatā volūtatē: in
alijs crederē secus eadē rōne.
e ¶ Postmodū.elapso anno.
f ¶ Mutata.no.q̄ fraus pur
gatur.sic r mora interdum.ff.
de loca.potuit.r.j.d' reg.iur.
mora.vbi de hoc.r nota exitū
spectari cum vitium consistit ī
aīa:alias spectatur initium.ff.
.co.li.de rescri.si eo tpe.ff.co.
dudum.i.vbi de hoc.
g ¶ Promotus fueris.ad sa
cerdotium infra annum.
h ¶ Promouendum.r in ve
ritate promotus nō fuisti:alias
purgatur vitiū in vtroq3.
i ¶ Offensā3.sic.ff.c.perpetue
cū suis concor.
k ¶ Indēnē.pone enī illū qui
fruct⁹ pcepit nō eē soluēdo: ita
q̄ iefficax ē actio ɔ eū.ff.de so
lu.odoardus dabit ī ɔferentē
vt h vides:r h loqtur nō solū
de obligatiōe ī foro aīe.s3 et in
foro iudiciali.dūmō de tali cre
dulitate vel fraude fiat fides:tn̄
q fraudē allegat illā probabit
.ff.de probatiōibus quotiens
.§.qui dolo.r probabitur id per ɔiecturas.j.ti.pri.c.ii.

effectu:r nō rebus:sed verbis: cū
sit potius contrarium faciendum[a]:
lex īposita videatur:nullatenus ea
vice[b] poterit iterato[c] ɔferri. ¶ Ce
terum si promoueri ad sacerdoti
um nō intēdens[d] parochialē rece
peris ecclesiam: vt fructus ex ea p
annū percipias ipsā postmodum[e]
dimissurus:nisi voluntate muta
ta[f] p̄motus fueris[g] teneberis ad re
stitutionē fructuum eorundem: cū
eos receperis fraudulenter. ¶ Il
lū autē qui eam tibi cōtulit:cum te
nō crederet ad huiusmodi ordinē
p̄mouēdum[h]:p̄ter diuinā quam
exinde incurrit offensam[i] ad seruā
dam indēnem[k] eandē ecclesiam d'
cernimus obligari. Idem.

¶ Abbas exēptus eligit in epm̄ s3 transire non potest sine licētia pape vel legati de latere. Secundo dicit q̄ legatus de latere pōt confirmare electiones ep̄orū exēptorum: reliqui nō sine sp̄ali mādato. Io. an.

SI abbatem[l] ecclesie romane i
mediate subiectum[m] i vestrū
episcopū[n] elegistis[o]:reprehēdi erin
de[p] nulla rōne potestis:ei tamē ab
alio quā a nobis vel apostolice se
dis legato:si sit in prouincia[q] de la
tere[r] nostro missus[s] dari nō pōt li
centia suū deserēdi[t] monasteriū r
ad uestram ecclesiam transeundi[v].

SI abbatem. Ponit duo dicta principalia scd'm ibi:huiusmodi.do.
l ¶ Si abbatē.declarat q̄ no.ber.ff.e.d' postul.c.vl.vltra mediū glo.ɔpo.
ibidē ī p̄n:r ea q̄ no.moderni d' ɔsue.cū venerabil.r gar.ff.e.cupiētes.§.dēiq3.
l ¶ Abbatē.idē itelligas de quolibet alio īferiori p̄lato ab epo:q2 eadē ē ratio.
m ¶ Subiectū.qd cognosci pōt p decre.j.de priuil.si papa.idē de subiectis epo
quo ad hoc eligi possunt.s3 sine licētia episcopi nō trāsibūt.
n ¶ Epm.idem de alijs dignitatibus:puta ad aliam abbatiā.ff.e.c.nullus.cū
si.r eadem est ratio.
o ¶ Elegistis.dubitationis fuit cā:epūs q2 nō h3 liberū volatū sine lnīa pape d3
postulari ad aliū archiepatū uel epatū:r si eligat nō valet electio.eadē ergo rō
videbat ī abbatē imediate subiecto:vt p id deberet postulari nō eligi.s3 illud spe
ciale ī epis.ff.de renū.nisi cū p̄ridē.nō enī quicūq3 h3 petere lnīam trāseūdi po
stulādus est:ut p̄bat.ff.e.si religiosus.r.c.nullus.r ī his q̄ no.de postu.c.vlt.
p ¶ Exinde.q2 elegistis r non postulastis.
q ¶ Prouincia.si enī legatus eēt.s3 nō in illa p̄uincia:lnīam dare nō potest.l3
enī quedā possit que volūtarie iurisditiōis sunt ex p̄uincia sibi decreta eūdo r re
deundo:tn̄ ea que cōtentiose iurisditionis sunt nō pōt vt hic.r.ff.de ɔsue.cū ve
nerabilis.p̄mū p̄bat de offi.lega.q̄ trāslationē.r.c.p.r.ff.de sen.ex.ad eminē
tiā.cū si.r q̄ dicit si sit ī p̄uincia missus:qd est.j.q2 l3 p̄uīciā exiuisset dūmodo
in legatione esset:adhuc licentiā dare pōt.ff.de offi.le.nouit.Si aūt exiuisset p̄
uinciam r legationē secus.r sic posset intelligi hec littera.
r ¶ Latere.s.cardinalis.j.de offi.le.c.ii.in fi.vbi dicam de hoc.
s ¶ Missus.subaudi vel ab alio qui haberet sup hoc sp̄ale mādatum:vt ī fi.ca.
t ¶ Deserendi.sicut enim īferior nō deserit sine sui sup̄ioris licentia suā ecclesiā
de renū.admonet.sic nec iste sine pape licentia qui sibi p̄rimus est supior ut sui
legati de latere suū monasteriū deseret.
u ¶ Transeundi.qd si abbatia nō sit exempta:sed p̄uilegiū h3 q̄ abbas ad epa
tū nō possit assumi sine se.ap.licētia ex cā forte:q2 abbates seuidentes recessuros
res monasterij dispgūt:r habes de hoc p̄uilegio.xvi.q.i.hinc ē ēt:nūqd poterit
legatus de latere huic dare licētiā:satis videt istius decre.ar.q̄ sic:q2 pōt omīa
p̄ter excepta.de offi.le.q̄ trāslationē.xvi.q.i.frater.ff.de offi.p̄se.p̄to.l.vna.s3
ad hoc.j.de v̄.sig.c.i.in p̄n.Unde no.q̄ p hāc decre.reprobata ē opi.host.no.
.ff.de ɔsuetu.cū venerabilis.dicebat enim ibi r de renū.c.vlti.in prin.q̄ illi le
gati habebāt sp̄ale mādatū transferendi abbates exemptos.alias id facere non

possent p decre.de offi.lega.quod trāslationē.s3 cōpost.ibi ɔtradicens q̄
ex generali legatiōe hoc poterāt:r ei⁹ opi.hic approbat:ut video.
x ¶ Huiusmodi.sumptū ex eo qd no.gar.ff.eo .cupientes circa p̄n.super
verbo examen.r dic huiusmodi.s.de latere.
y ¶ Maius.vn̄ minores legati nō exequūtur officiū suū eo p̄nte.ff.d' of.
le.c.volens.

¶ Huiusmodi[x] vero legat⁹ q ma
ius[y] oībus post romanū pontificē
in p̄uincia sibi decreta imperiū[z] cē
setur habere[&]:archiep̄orū ep̄orū
r exēptorum electiones pōt ex offi
cio[?] confirmare. Alij autem legati[x]
hoc[a] nequeunt:nisi id eis a sede ip
sa specialiter[b] sit cōmissū[c]. Idem.

¶ Si cōpromissarius nō eligit infra tp̄s iuris ad supiorē deuoluit ptās p̄uidēdi:si eligit s3 idignū:idistincte redit ad compromittentes: nisi id scienter ratū habuerit. Idē si electus idone⁹ nō cōsentit. Si cōpromissarius scienter eligit idignū ipse solus ab ecclesiasticis beneficijs triēnio est suspensus:nisi id cōpromittentes scienter ratū habuerit. r pena p̄dicta suspensionis nō h3 locū in epo ɔpromissario:nec ī electione inferiorū ep̄orū:r restringit illa pena ad bn̄ficia que obtinet ī ecclesia offensa:r idē ī bn̄ficiis illius qui deficit in probatione eius qd obijcit in personam. Io. an.

SI cōpromissarius[d] in quē de
fūcto epo[e] trāsfert eligēdi[f] po
testas:negligēter[g] ifra tēpus[h] a iure
statutū[i] eligere p̄termittat: ad supi
orē[k] ptās deuoluit p̄uidēdi: sibiq3
cōpromittētes iputēt[l]:q in talem[m]
ptātem huiusmodi[n] trāstulerunt[o]

z ¶ Imperiū.q2 ordina
riū est nec p̄it morte mā
dantis.j.de offi.le.c.ij.
r in eo pares sunt consu
libus ut ibi. Io.an.
& ¶ Habere.ff.de offi.
p̄fe.l.iiij.ff.de offi.p̄
con.sed ideo.
? ¶ Officio legatiōis:q2
nō regrit sp̄ale mādatū
r idē dicebam⁹ p decre.
.ff.e.q2 diligentia.vbi
hoc t3 cōpost.Itē q2 non
erāt hec sp̄alit refuata.
x ¶ Legati.s.nō de late
re.vel q dignitatē illā si
bi vendicāt ecclesiarū p̄
textu.de qbus.ff.d' offi.
le.c.i.r pe.r.j.co.ti.c.i.
a ¶ Hoc.s.confirmare
ep̄os archiep̄os r alios
exemptos.
b ¶ Specialiter.no.qd
nō tn̄ valet gen⁹ quātū
sp̄es de ap.c.ij.r de hoc
de offi.ordi.si sacerdos
r.xxiij.di.quāquā.
c ¶ Cōmissū.no.r bre
uiter q̄ si exēptus p̄lat⁹
inferior epo eligitur ad
epatū t3 electio:tn̄ transi
re nō poterit sine licētia
quā dat papa vel eius
legatus de latere: si ca
nonicus vel alius eligit
in epm̄ vel archiepm̄ exē
ptū vel ad aliā dignita
tē exemptā legatus de la
tere confirmat: inferio
res legati non sine man
dato speciali. Si aūt in
epm̄ vel archiepm̄ postulet:tūc ut trāsire possit sp̄alis licētia pape requiri
tur:q2 casus ille.s.ep̄orū trāslatio est de reseruatis.ff.de offi.le.q̄ trāsla
tionē r sic sane decre.istā itelligas.vnde nō dixit hic q̄ legatus admittat
postulationes:s3 q̄ ɔfirmet electiōes:epi āt nō eligūtur ut predixi.

SI compromissarius. Sunt due partes principales. Prima de
terminat certos casus dubios circa penam p̄uatiōis Scd'a ibi: porro
alios circa penā suspēsionis. Posset et q̄lib3 pars subdiuidi q̄ patet.do.
Declarat.hec decre.multa iura r multas opiniones:r maxie ea que no.
Vin.r Ber.de ɔces.preben.ɔstitutus:in p̄ma glo.r ipse ber.ff.eo.cām r
Inno.r hosti.ff.e.ne p defectu.r cōpo.c.ti.in causis.in fi. Io.an.
d ¶ Cōpromissarius.vel cōpromissarij:cū eadē rō sit ī plurib⁹:r ī vnū r
in plures cōpromitti pōt:vt hic.r.ff.e.cām.r.c.ī cāis.r.c.in iure.cum si.
e ¶ Episcopo.idē itelligas quo ad penam priuationis de īferiorib⁹ digni
tatibus:cum semper inferiores locum habeāt rationes.
f ¶ Eligendi.r tunc poterit etiam postulare:ut.ff.co.in causis de renun.
post translationem.
g ¶ Negligenter.alias nō curret tēpus.de ɔces.preben.q2 diuersitatem
qd si dolo neglexerit:nūqd habebit locū qd hic dicit:an qd dicit.j.§.pri.
puto locū habere qd hic dicit:sufficit enim q̄ nō eligit ad hoc.j.de ap.ab
eo.vbi premittere facere q̄ quis debet infra debitum tempus siue dolo si
ue negligentia id faciat equiparant:ad idem de testi.per tuas in fi.r.ff.d'
rescrip.plerunq3. h ¶ Tempus trium mensiū.
i ¶ Statutum.l.di.postq̄.r.ff.eo.ue pro defectu.
k ¶ Superiorem.proximum vel ad capitulum in inferioribus ī casu. de
conces.preben.c.ii.
l ¶ Imputēt.puniunt.n.ex p̄p̄o facto nō ex alieno:q2 negligētē elegerūt.
m ¶ In talem.negligentem.s.
n ¶ Huiusmodi.eligendi episcopum.
o ¶ Trāstulerunt.poterāt enim sibi p̄uidere sollicitū eligendo. Item alio
mō.s.nō dādo eis totū tēpus qd habebāt.ad hoc de elec.cū ī veteri cū si.
r sic no.q̄ negligētia p̄curatoris nocet dn̄o.de hoc.ff.vt lit.nō conte.c.i.
in glo.vlt.p̄dunt enī ius ex quo p se vel p aliū debito tpe vsi nō sunt.ff.
quead.serui.ami.l.vsu. Ad hāc p̄mā p̄tē ɔtradicit expresse.C.de tēpori.
ap.autē.si tamē.vbi dr̄ q̄ si in cā appellatiōis eligātur arbitri:non cur
rit biēniū appellatiōis p̄sequende pendēte corā arbitris cā.etiam si mille

anni transirent. sed tunc currit cum arbitrium desertū fuerit. So. ibi compromissum factū est de voluntate pscribētis ⁊ eius cui pscribitur: ꝑ aūt de volūtate eius cui pscribit fm Inno. q hoc no. s. eo. ne pro ōfectu. i prin. nec p oia ē idē in arbitris cōpromissarijs: ⁊ cōpromissarijs datis ad eligendum: ut pz. s. eo. sicut. ⁊. j. de re iudi. cū ab vno. Si querat an cōpromittentes hoc mandatuz revocare possint dic vt no. s. e. i cāis antepe. glo.

a Eligat. infra debitum tempus.

b Imputari. in hoc cōcordabant supradicti doctores in glo. s. in prin. allegatis. c. s. e. i causis ⁊ bar. brix. in. q. venerali que incipit: canonici eiusdem ecclesie. peccata enī suos debēt ⁊c. j. e. §. porro. cū suis cōcor. ercepto cōpost. qui tenebat i totū ꝯ istū. §. in decre. s. eo. in causis. i fi. dicebat enī hoc casu ad supiorē ptātem devolui: cuz vice capituli compromissarij predicti fungantur.

c Ignorāter. hic oliz erant opini. ber. tenebat hāc opi. q̄ hic approbata ē. s. e. cāz. ⁊ in ꝑdicta decre. ꝓstitut⁹. de cōces. ꝑbē. ⁊ eadez rōne hosti. ibi ⁊ ꝓpo. e. ti. i cāis. i fi. dicebāt ꝓtrariū p decre. s. e. cū terra. q̄ decre. fi ob. ⁊ intellige eam vt ibi no. Itē illa rōne hoc dicebāt ꝙ isti cōpromissarij fungunt vice capituli: ꝫ capitulū eo casu iterum posset eligere. ergo ⁊ iste cōpromissarius: sed nō est vez vt hic vides.

d Functus. sicut in iudice siue bene siue male semel iudicante de offi. ō le. in lfis. ⁊. c. venerabilis. ff. de re iudi. l. iuder. ⁊. l. paulus. cum fi.

e Scienter. bene dicit: qz sicut a principio si ignoranter elegissent nō haberet locū pena ꝓsiliū. ita nec si ignorāter ratificent.

f Ratā. trahit enīz ratihabitio retro ⁊ compat mandato. ff. de reg. iur. hoc iure. §. deiecit. ⁊. l. semp. §. i. j. de sen. er. cū quis. ⁊. j. de reg. iur. ratihabitione cū suis cōcor. ⁊ bene poterāt ratā habere: qz suo nole id erat factū: alias secus: vt in predicta decre. cū quis. j. de reg. iur. ratum quis.

g Habuerint. in quo casu devoluitur prouisio ad papam. s. eo. ꝙꝙ.

h Libere. qz habebunt liberū tempus ac si noua esz vacatio: vt. s. e. si electio. si. de maio. ⁊ obe. cum olim.

i Eeosdē. Pbabam⁹ hoc olim p decre. de renū. post translationem in fi. nam ibi non valuit electio vel postulatio facta per cōpromissarium: ⁊ nihilominus papa mandat ꝙ cōpromittētes eligant.

k Idem fit. s. ꝙ electio libere ad eosdem reuertitur cōpromittētes.

l Eligit. cōpromissarius.

m Idoneum. s. e. cum in cunctis.

n Renuit. vl post ꝓsensū renūciat. vl diē claudit extremū. s. eo. si electō

o Consentire. approbant ꝑ supradicte glo. ber. ⁊ reprobat opi. hosti. q in hoc puncto dicebat ꝓtrariū in ꝑdicta decre. cām in fi. rōne p eum in supiori casu reddita: ⁊ qz verba cum effectu sunt itelligēda. s. de cle. nō resi. relatū. ⁊ capitulū posset. ergo ⁊ ille q ipsius vicē gerit. rciij. di. c. i. cū si. ꝫ hoc est falsum ppter supiorem rōnē qz functus est ⁊c. Et ꝙ dicit iste. §. ⁊ §. pri. quo ad secundum casum: verū itelligas nisi aliud caueretur i mādato: puta ꝙ possit eligere semel ⁊ pluries ⁊c. ⁊ ita terminauit bar. brix. i qōne sua dominicali q̄ incipit: quidā vederūt ptātē: vnde dicebat damasius. s. in predicta decretali cām. vbi electio defertur a iure pōt sepius fieri ⁊ variari: ꝫ vbi ab homine vnica electione cōsumit potestas. ff. de verbo. ob. eum qui certarū. §. vlti. nō ob. fm euz. ff. de optio. le. l. ii. vbi electio delata ab homine vnica electione nō ꝓsumitur: qz ibi nō fuit exhibita tota familia in q̄ debebat fieri electio. Distinxerūt quidā an det ptās pro nūcēdi an eligendi: ut in ꝓmo casu itez possit eligere. ⁊ i secūdo nō. que distinctio satis equa videt. nec ista decre. cōtradicit. qz de potestate eligendi loquitur. ut pz in ipsius principio.

p Eligitur. scienter: qz alias pena suspensionis locum non hz.

q Nō cōuenit. rciiij. q. iii. si hēs. ff. de dolo. ⁊ elegāter. C. de inoffi. test. si quis suo. in fi. C. de pe. sancimus. j. de iniu. ⁊ dā. da. ⁊ si pignorationes. j. de reg. iur. nō debet. ⁊ dic ut ibi.

r Premittitur. s. §. si vero.

s Teneat. s. de his q̄ fi. a maio. par. ca. q̄stiuit. cū suis cōcordantijs.

t Ecclesiasticis. que in ipsa ecclesia obtinet: vt statim sequitur.

u Concilium. s. eo. cum in cūctis.

x Ipso iure. approbatur i hoc opi. ber. ⁊ host. q hoc no. s. eo. innotuit. ⁊ opini. Inno. s. e. cū in cunctis. ⁊ reprobat opi. Ta. quā no. Ber. i decre. inotuit q dicebat ꝙ regrebat snia p decre. s. e. quisqs: sed nō est vez: ut hic patet ⁊ decreta. illa in alio casu loquitur.

y Huiusmodi. qō hic dicitur tenebat host. de elec. cū in cunctis. ⁊. s. e. ti. cām. i fi. ⁊ dic huiusmodi. s. pena suspēsionis p triennium a beneficijs.

z Eligendū. cpm vel supiorē p id qō statim sequitur.

⁊ Cōpromiss. rius. s. eo. cāz ⁊ idē si cps elegerit ꝓprio iure vt qz habet vocē i electione patriarche vel archiepi vel alterius episcopi: qz eadē est ratio.

? Sic peccante. s. in eligendo scienter indignum.

ꝫ Iure. j. de sen. er. qz periculosum. No. qz hz. hoc teneat hosti. in supradictis glo. ⁊ gar. in decre. cupientes. s. e. §. ceteruz tamē olim dubitabatur: iō qz decre. illa qz periculosuz videtur de sui mente intelligēda de suspēsionibus ab officio vel coherentib⁹ offō: puta ingressu ecclesie ⁊ similib⁹ ibi: ppter crecutionē pōtificalis officij ⁊c. ꝫ laudet de⁹ ⁊ dñs Bonifacius qui dubitationē illā mihi sustulit p hāc lām. ⁊ potuit cē rō: quia spiritualia sine tpalibus diu cē nō pnt: q̄ bnt se ut ꝓcera. i. q. iij. si qs obiecerit. ⁊. c. saluator ⁊ cēt verecūdū epos mēdicare. s. de renū. ad supplicationē.

a Locū. ꝯ. s. eo. ꝙꝙ. in fi. ibi soluitur.

b Restringit. dicebat host. i decre. cū in cunctis. ꝙ super hoc pūcto necessaria erat interpretatio: fouebat tñ cōtrariā opinionē: qz indefinite loquebat cōciliū ⁊ qz constitutio illa fauorabilis videbat ecclesijs. Concordat aūt ad hūc. §. s. eo. cupiētes. §. ceterū. Et nota penas restringēdas. j. de reg. iur. in penis. ubi de ꝑ

c Taliter. s. scienter indignum.

d Spāliter. qz ⁊ generalē offendit ecclesiam que vna sola est. rxiiij. q. i. loqtur

e Offendisse. quantū i eo fuit: lz conatus nō habuerit effectū: nō tamen fuit volūtas suis terminis ꝓtenta. ⁊ ideo puniēda: de pe. di. i. §. cogitatio.

f Illis. s. q̄ in ipsa ecclesia obtinet: vt hic vides: ⁊ sic declara decre. pmā isti⁹ ti. circa fi. ⁊ sic aliquis est suspēsus a bnficio in vna ecclesia nō i alia: sic. s. eo. cupiētes. §. ceterū. j. de of. or. si canonici. ō re. eccle. ꝑ ꝓsultissimo. Quid si i his casib⁹ eligens vel opponēs nō hz in illa ecclesia bnficiū: dic ꝙ pena ex ordinaria puniri poterit. s. de accu. sup his. de iudi. ad liberādā. C. de sepul. vio. l. vlti. i fi. cū si.

g In personā. qz a beneficijs ecclesiasticis triennio est suspensus.

Procurator. Ponit duo que reqrunt in procuratorio ad appellandum in forma. c. vt circa. Secundum ibi habeatqz. Do.

b Procurator. ad appellandū extra iudiciū. decre. enī ista in his casib⁹ locū hz in qb⁹ decre. ut circa. ꝫ decre. illa locū nō hz i appellatiōib⁹ interpositis i iudicio. j. e. ꝓstituto. ergo nec ista: lz alias dicam⁹ ꝙ pcurator est q de mādato dñi aliena negocia in iudicio administrat. ff. de pcu. l. i. ꝫ ad negocia ꝓstituit. j. eo. q generaliter. ⁊ ꝙ dixit ad appellādū itelligo ad quēcūqz ēt iferiorē papa ꝫ gar. q in oibus appellationib⁹ dixit illā decre. locū hē. lz guil. ꝯ: ut ibi dixit.

i Prouisionem. factam vel etiā faciendam: si cōtra certam personam appellatur. s. eo. qui contra certam.

k Decetero. extendit ergo ad futurum. s. eo. lz canon.

l Formam. s. eo. qz propter.

m Personas. in plurali dixit: vt cōprehēderet electū ⁊ eligētes. s. e. vt circa.

n Singulariter. ⁊ clare per hoc satis reputo solutā questionē quā olim formabāt guil. ⁊ gar. in decreta. ut circa. s. eo. an. s. sufficiat. opponēti dicere oppono homicidiū periuriū ⁊ simoniā: ⁊ dico p hanc lām ꝙ nō: ad qd enīz in procuratorio sic singulariter ⁊ clare fieri deberet expressio: si in appellatione ad idē fieri nō deberet: ⁊ de hoc dixit in ipsa decre. ut circa in glo. quid ergo.

o Speciale. No. ꝙ non tñ valet genus quo ad spēm quātum spēs. de hoc vide. rxiij. di. q̄ꝙ. ⁊. s. de offi. or. si sacerdos.

p Mandatū. nō credo ꝙ i casu isto locū habeat decre. illa. j. ō pcu. q ad agēdū: qz casus iste est spālis in quo semp regritur expressio. Idē credo in matrimonio contrahendo: ut eo. ti. c. vlti.

q Voz alias. bñ dicit. alias enī nō puideretur malicie: posset enī eē ꝙ pcurator credit ea vera esse que nō credit dñs. pcurator ergo iurat in aīam dñi nō in propriā. sup hoc dic ut. lxiij. di. tibi dño ⁊ de iur. ca. in ptractādis. de sacramento aūt calū. dicā. j. de iura. ca. c. ij. ij. responso.

r Esse. repete credunt.

a Si confirmationem. Probat qd hic dr. s. de preben. cum iam vnduz maxime p integrā: qz ibi ꝛfirmatus fuit electus ⁊ cassata confirmatio ꝓpter iuris ordinē nō obseruatū: ⁊ iterū papa de electiōe mādat inqri p decre. s. de re iudi. ad probandum vbi cassata est cōfirmatio propter defectum iurisditionis: ⁊ iterum de electione queritur.

b Electiōis. si aūt cassaretur electio seruandū est quod dicit. s. eo. qꝗ. ⁊ c. si electio.

c Juris solēnitatem. s. eo. qꝗ uis. ⁊ j. e. prouida. §. verum ⁊ j. e. c. vlt.

d Potestatē. puta qz als nō erat iudex: vl legitime appellatū erat ab ipso: nel papa inhibuerat. j. d ap. nō solū. vl erat ercōicatus publice iudex. de re iudi. ad ꝓbandū. uel ante ꝛfirmationem reseruauerat papa episcopatū. j. e. si eo tēpore. uel his similia: ⁊ ꝓpter hoc nō valuit ipso iure ꝛfirmatio.

e Propter hoc. propter cassationem. s. ꝛfirmationis.

f Canonica. ex pōnis ⁊ forma. s. e. qz pp. ⁊ c. cū i cūctis.

g Infirmari. imo iterū petit eiusdē electiōis ꝛfirmatio corā debito iudice: ⁊ seruabit debit⁹ ordo: ⁊ sic not. ex hac decret. qꝗ principale nō sequit naturā accessorij: lz accessoriū sequat principalis naturā. j. de offi. dele. si sup gratia. ⁊ d reg. iur. accessoriū. cuz suis ꝛcor. Sz qd dices ꝓut appet ex decre. si iudex cassat ꝛfirmationē vitio electionis. clarū ē si ꝓpter solennitatē omissam. ⁊ hoc est clarum vt hic: qd in dubio fatis videt vicendū inspici debere qd opponebat: ⁊ si ꝛtra electionē erant obiecta: dicat facta cassatio vitio electionis: si de solennitate omissa: tunc locum habeat hec decre. i dubio dicatur vitio solēnitatis facta cassatio ꝛfirmatiōis. ad hoc. ff. d suspec. tuto. hec eni. §. i. ⁊ facit quod ibi no. ad idem. ff. de excep. rei iudi. si ex testamēto. ff. de penis. si preses. ⁊ j. de reg. iur. in penis. ⁊ facit quod no. l. di. c. i. ⁊ de consti. ex litteris. Consulte tñ facit iudex si decernit ad instar eius qui remittitur de exercitu. ff. de his qui no. infa. l. i. ⁊ ij. ⁊ facit ad hoc qd no. moderni. s. e. sup eo. ⁊ hec vera dicantur cum iudex cassat confirmationem tantū: secus si confirmationem ⁊ electionē: qz tunc nō est dubitabilis hec questio. Jo. an.

Quia sepe. Prio narrat factum reprobatum. scdo motuū exprimens illō punit ibi: nos ipsoꝝ. tertio tollit obstātia ibi: non obstantibus. Do.

b Quia sepe. Aduerte. qz decre. ista nō principaliter facit ad titulū: sz qa vacāte ecclesia cū imminet electio faciēda si canonici videant bona vacantis dignitatis sibi deberi: difficultates ingerunt: tardius eligunt: ideo hic prouidit. ⁊ sic etiaz electiom faciende prouidit. idem dico de decre. s. e. faciāt. ⁊ c. generali. ⁊ facit. s. e. vbi periculum. §. prouisionis. Jo. an.

b Sepe. debuit igit ius sup hoc pdire. ff. de leg. nā ad ea. j. de restit. spo. frequēs. cū si. ⁊ ē si. j. de ꝓben. qz sepe. ⁊ de hoc de despon. īpu. lkas. in glo. pe.

i Collegiatis. in alijs nō habet locū hec decre. sed. j. de offi. ordi. presenti. ⁊ q̄ dicuntur ecclesie collegiate. diri. s. eo. statutum.

k Vacantibus. principali prelato per cuius mortem dicuntur viduate. s. e. ne pro defectu. ⁊ c. quia propter.

l Earūdem. No. qꝗ ad extraneos ⁊ qui nō sunt de collegio non extenditur hec constitutio: vt hic vides.

m Dimissa. de quibus an testari potuissent: dicam. j. de offi. ordi. presenti.

n Expendi. ut. s. eo. cupientes. ⁊ de offi. ordi. presenti. §. porro.

